

Huius ruinam nō moleste ferimus. sed ad fra-
gorē eius potius fautores applaudimus. qz p
huius casū turris introitū speramus. sed cum
hec machina sit discreta. ecce alia structura cō-
tra turrim stat erecta.

Quomodo deus sit solus immortalis solus
inuisibilis.

Ca. xxvii.

Superius dictum est qz solus deus sit im-
mortalis. solus inuisibilis. Num ange-
li vel anime mortales sunt aut deus est angelis
inuisibilis. de quibz dicitur qz sp vidēt faciem
pātis. **M.** Mutabilitas ē quedā mortalitas.
dū enim quid de pterito in futurū mouetur. qñ
pterito moritur. Deus solus est immutabilis.
qz nichil pteiti ei de cedit nīl futuri accedit. Sed
quicqd ē vel fuit vel erit. totū sibi sp pātis adest.
Et sic nō pōt cogitari qz aliquñ iniciū habuerit.
Ita qz non pōt cogitari qz vnqz finiri possit. An-
geli autē mutabiles sūt. qz de pterito in pātis
de pātenti in futurū mouētur. Preteritū quippe
habent. futurū nondum habent. Constat enim
qz socios angelicos olim amissos nō habent.
et qz adhuc consortio sanctorum in terra pere-
grinantium carent preterita memoria recollī-
gunt futurum psciendo intelligunt. Et sicut
potest cogitari qz aliquando ceperunt. ita eti-
am potest cogitari qz finiri possint. sed cum et
ipsi creaturam in se mutabilem considerant.

quodāmodo a statu immutabilitatis dege-
rant. Talis mutabilitas est eis quedā mortali-
tas. Aie vero sūt p omnia mutabiles ita q̄ pene
p omnia mortales. Deū quippe ē vita aie sicut
ip̄a ē vita corporis. S; sicut mortuū est corpus
q̄n aiam non hz ita aia mortua est q̄n deo caret
vel sicut cecus oculis mortuus dicitur cū luce
priuatur. sic anima mortua cū beata vita que
deus ē nō fruitur. Solus ergo deus hz immorta-
litatem. qz nullā recipit mutabilitatē. Hic etiā
solus est inuisibilis qz nulli creature ad plenū
intelligibilis. Nempe aie beatorū et angelī suo
more non nōstro eū semp vident. Non p inter-
ualla spacioz sicut nos corporea videmus. sed
intra se et extra se in omī creatura. et extra oēm
creaturam eū conspiciūt. Nec ullo intellectus
intuitu amplitudinem sue claritatis excedūt.
et qz nō ita pleniter ab ip̄is ut a se ip̄o conspi-
citur vel intelligitur. ideo solus inuisibilis.

¶ Quō hōmo ad dei imaginē et similitudinem
fit creatus. **¶** Fratres. **¶** Ca. xxviii.

Eam diuina natura cū angelica in hac tur-
ri tenente sceptrā. ecce humana natura
legionē adducit ad impugnandā eā machi-
nā erigit. Queritur nāqz quō hō ad p̄maginē
et similitudinē dei formatus dicatur. cū nulla
cōuenientia similitudinis dei in hōie cōspiciat̄.
¶ M. Impugnātia a repugnātibz expugnāf.